Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



per manus aplorum fiebant signa. et de beato stephano.
stephanus autem plenus gratia et fortitudine. faciebat prodi
gia et signa magna in pplo. Sed quia minime scripta
sunt miracula sancti mathie non sunt incredulitati depu
tanda sed veritati. cum de ipso domino saluatore scrip
tum sit. Multa quidem et alia signa fecit ihesus in con
spectu discipulorum suorum suo non sunt scripta in libro
hoc. Et ut potiora inferamus. sciendum est utique quod
tot mortuos suscitauerit. quot ab eterna dampnatio
nis morte salutifera predicatione eripuit. quod per
omnia excellentius atque gloriosius esse decernitur a pecca
ti morte animam defunctam xpo restituere. quam mor
tuo corpori uitam donare. Quid enim tam gloriosius atque
prestantius. quam eternaliter cum xpo uiuere cum xpo
gaudere. celeste regnum cum angelis cum omnibus sanctis
possidere. Quanto enim melius atque decentius beatis
simum paulum a morte anime resuscitatum. quam lacha
rum a morte carnis uidemus. Interea namque hoc de
huius apostoli gloria pretermittendum. quoquidem quamquam
omnes apostoli ante secula electi a domino esse credantur. docen
te apostolo ac dicente. qui elegit nos ante mundi con
stitutionem. ut essemus immaculati in conspectu eius
sed tamen non de quolibet. sed de sancto apostolo dominus xpc con
tulit mentionem cum diceret in euangelio. nonne duo
decim hore sunt diei. sanctos uidelicet apostolos significans